

A P O L O G I A F R A -
T R I S D O M I N I C I S O T O S E G O -
bienfis, Theologi, ordinis Prædicatorum, &
Cæsareę Maiestati Caroli quinti Impe-
ratoris à sacris confessionibus: Qua
reuerendo patri Ambrosio Ca-
tharino, Episcopo Mino -
riensi, de certitudine gra-
tiæ respondet.

¶



SALMANTICAE,
Excudebat Andreas à Portonariis.
M. D. L IIII.

APOLOGIA FRA-
TRIS DOMINICI SOTO SEGO-
BIENSIS, THEOLOGI, ORDINIS PRAEDICATORVM,
*& Cesareæ Maiestati Caroli quinti Imperatoris & sacris
 confessionibus: Qua reuerendopatri Ambro-
 fio Catharino, Episcopo Minorienſi
 de certitudine gratiæ re-
 spondet.*



ATALE ergo theologiæ est, perquām reuerende pa-
 ter Catharine, vt nemini quicquam edere alia lege li-
 ceat, quām vt tibi sit illico responsurus, tuaq; ferule
 porrecturus manū: Nobis vel maxime, qui ob cōmu-
 ne religionis institutū sanētiori te attingimus neceſtitudine. Hoc
 quippe societatis vinculū ita colere perseneras, vt nos vbiq; omnes
 laceſſas, deque ſingulis verbis flagelles. Duriſſam ſanē, tam tibi,
 quam nobis prouinciam, mi pater colēdiſſime, nemine tradente ſu-
 ſcepisti, nulloque cogente ſuſtines, ſi veluti in publica ſpectacula
 omniū censor ſedēs, quicquid in publicū prodierit, aut contrate ſcri-
 ptum putēs, aut niſi tuo inuſto caractere, abire non feras: vir alio-
 qui christiani pectoris, atq; adeo indigni, cui iſta contradicēdi, de-
 trectandiq; libido cōtigiffet. Ab ipſo enim ſtatim tempore, quo iam
 etate prouectus ex iure conſulto theologus de repente prodiuſti, fi-
 mul & audire cōpisti in ſcholis, & contra egregios ſcholarum do-
 ctores ſcribere. Nunc verò in hoc ſacrosancto concilio conſtitu-
 tiſſimum habes, vt qui, te in conſulto, aliquid euulgauerit, te iudice
 poenas luat. Hæc nullatenus mei gratia commemorafſem: nam etſe
 me tuis quoq; maledictis reſperferis, paulò tamē mitius, quam alios
 ſolēs. At cui tam refrigeruerit Christi charitas, qui non te, pater ad-
 modum reuerende, earum admoneat contumeliarum, quas in opti-

Ratio Ca
tharini
refutatur

mum patrem Bartholomaeum à Mirada coniecisti, propterea quod de residentia prælatorum diuersam à tua sententiam suadere tentauit? Quam tamen, ut cunque tu contra sentias, non solum maior, verum melior etiam theologorum pars semper sibi habuit persuasam: nempe iure diuino esse præceptam. At qui poteras & tuam sententiam, etiam si falsa esset, minus tamen frigidè colorare, & de calore maledicendi plurimum remittere. Etenim quod ad causam pertinebat, tua omnis confirmatio, residentiam non esse de iure diuino, hæc prorsus est, Quanvis episcopatus institutio sit diuina, tam applicatio huius personæ ad hunc peculiariter episcopatum, munus est Pontificis summi: modus ergo curæ & residentiæ determinatur ab eodem pontifice. Quam porro collectionem, miraculum est, ut habeas pro evidenti: cum tamen neque probabilitatem præferat in sensu, quo tu intelligis, scilicet quod modus curæ nullo sit modo determinatus iure diuino. An putas, pater sapientissime, episcopatus duntaxat titulum sine re diuinitus esse institutum? Cum Deus, inquam, creauit episcopatum, num aliqua munera instituit illi conexa, ab episcopi functione indiuisa & inseparabilia? Quis ambigat? Nam alias statuendo episcopatum, nihil instituisset. Sicuti qui instituit regnum, aut quemuis alium magistratum, aut dignitatem, certam sane functionem erigit. Exempli gratia, An negabis episcopum iure diuino habere potestatem ordinandi, confirmandi, & aliorum id genus, licet possit vnu pro culpa suspendi? Credo id non ibis inficias. Vel responde, quidnam Deus instituit quando instituit episcopatum? Non ergo consequitur, Autoritas est pontificis personam episcopi creare: ergo determinare quam debeat habere curam & potestatem. Pari modo respondebunt tibi qui sustinet, residentiam esse de iure diuino, Nimurum quod cum prædicare, visitare, & cætera id genus sint annexa functioni episcopali de iure diuino (que commodè fieri nequeunt, nisi ab ipsa persona, cui iniuncta est cura) residentia ipsa est de iure diuino. Quid enim refert,

quod

quod Christus singulares personas addixisset singulis diocesibus? an hæc curam remisisset pastori summo, vel canonicè electoribus, postquam præscripsit episcopi officia? Aequa ergo ratione iure diuino tenentur episcopi residere, ac si ipse creasset episcopos. Siquidè papa nomine & vice Christi per spiritum sanctum creat episcopum: quod tu ne quis cauillari in verbo Apostoli, In quo vos posuit spiritus sanctus episcopos, regere ecclesiam Dei. At responsio tua est, quod non posse pastoralem curam præstari sine personali & assidua residentia, non habet evidentiam. Quam, rogo, exigis evidentiam à theologo in huiusmodi moralibus disciplinis? An illam forte, quæ necessaria est mathematico? At hanc postulare, non solum contra dicere est Aristoteli, docenti primo Ethicorum, non esse à philosopho morali eiusmodi demonstrationem requirendam, verum stupidi est hominis evidenter rationes in unaquaque efflagitare, quam fert ipsius rei negotium. Si autem contentus ea es persuasione, quam Morales philosophi, rerumq; prudentes pro evidentiaducerent, profectò hanc persuasionem tibi facherent, præter experientiam, cum euangelium, tum & probationes, quas à rerum natura ratio naturalis colligit. Atque adeò similiiter peccas alio enthymerate, Nullus est locus manifestus in sacra scriptura, ubi episcopi iussi expressè sint residere: ergo residentia non est de iure diuino. Nam profectò quando in tota sacra pagina nihil aliud legeremus, quam quod episcopi instituti sunt in pastores & prælatos, hoc ipsum sonat, quod sint residentes. Nam quid, rogo, est creare regem, eligere consulem, mittere prætorem in prouinciam, &c. quam constituerem hominem, qui personaliter administret huiusmodi munera & magistratus? Quanto magis hoc verum est in episcopo, cuius, cum ipse sit, qui solus personaliter redditurus est rationem in die iudicij animarum, quæ Christi sanguine redemptæ, sue sunt fidei commissæ, omnino necessaria est præsentia? Alias quid opus fuisset Christo domino nostro instituere peculiares episcopatus, quod tu concedis, A 3 vt essent

Act. 20.
Arist. t.
Ethico.
Confuta
tio secun
dæ ratio
nis.

ut essent proprii pastores? suffecisset enim unicum fecisse episcopum totius ecclesiae, qui suos dimitteret in omnes orbis partes vicarios. Neq; verò ex hinc cōtinuò sequitur, ut nulli sint casus, quibus quādoq; possit episcopus sede sua abesse, præsertim auctoritate Pontificis maximi, cuius est in similibus necessarij casibus ius interpretari diuinum. At non est modo animus tractandi hanc controuersiam. Neq; abrodere nunc volo, quæ sum in hanc causam meditatus: dabit enim Deus proferendi oportunitatem. Sed retuli exempli gratia hanc tuam argumentationem, ut ostenderem quo utaris Achille. Quam profecto, etiam si Achilles esset, non debuisses hoc tempore in pugnam mittere. Tempore, inquam, quo episcorum absentia à suis sedibus tā est ecclesiæ pernitiiosa, debuisses potius ab huiusmodi abstinere disputatione, quam eorum obligationē extenuare. Tantum abest, ut hominem, qui in concilio verisimiliorum, & ecclesiæ commodiore partē defendebat, tam atrociter insimulare, & obiurgare licuisset. Homini, inquam, quem tu v̄su & consuetudine noueras doctum, catholicum, piūm, grauem, modestum, honoris minime ambientem, nemini nocuum, cunctis deniq; Christianis moribus imbutum, perinde acsi antithesim suorū morum perfecisses, sicut tertio quoq; verbo contraria horum vitia, & probra impingis: atq; eadem citra sc̄omma quidem ullum: sed (ut à peiori verbo rem perem) significantius, quam vt ego præ pudore referre ausim. Ais statim in epistola cōcupisse te hoc loco, ut pectus fenestratum (quod Socrates aiebat) tibi contingere: quo perspicua esset omnibus charitas, quam animo erga omnem fratrem geris. Ad contuendā quidem charitatem tuam, nulli opus est fenestra pectoris tui: nam cur nō ardeat episcopus charitate? Sed in hoc certè optaremus tuum fenestratum pectus, ut intueremur quonam amplexu maritari charitati valeat tanta verborum amarulētia. Suscipio admonitionem tuam, quod monacho non liceat episcopum reprehendere, sed erratalugere: nihil ergo reprehedo, sed lugeo: & (quod asinæ licuit) respondeo,

spondeo, cur nos ita cædis? Quod demūm addis, te in gratiam, & gloriam Synodi haec scripsisse, iudices sunt, quileniori sunt, equiori q; perinde ingenio. Nā ista à te summota corrixi, & tā acris obiurgatio, non potest & inter catholicos, & in Synodo non esse scandala. Quod verò demūm addis, non fuisse patribus per Reuerendissimos Legatos liberum, hoc punctum, tam modo Ecclesiæ Dei necessarium, in Synodo disputare, an scilicet residēcia esset de iure diuino, tu tecum ipse reputa, quam manifestario testimonio, si illa tibi esset habēda fides, partes ageres hostium Synodi: sanè cui imponūt, non esse in illa integrā libertatem. Sed de his satis: ego enim haud ita credo. Et ubi cung; conciliū sit, suscipio, amplector, & Veneror. Quo status causæ & cōtrouersiæ cōstituitur. Cap. 2.

 D meam autem causam ut descendam, optasse magis, ut mihi per te licuisset cum nomine inquam litigasse (quod semper hactenū habui cōstitutissimum) quam tecum, pater spectatissime, congregidi. Porro cuius maluissim personam ob tuam religionem & episcopalem dignitatem semper reuereri, quam opiniones inquam, vel legere, vel audire. At verò, ut paulo antè dicebā, adeò te existimas ab omnibus impeti, ut me etiam potueris de meo proposito dimouere. At qui diu mecum consultaui, respoderemne tibi, an silerem potius. Enimvero vix iniri potest concertatio illa, ubi stylus ipse contradicendi non aliquid pariat, vel amaritudinis, vel saltēm asperitatis: quæ vt ab ingenio Christiano procule esse debet, ita meo certè est ingratissima: potissimum aduersus episcopū. Haud enim nescio isti vestro ordini, à maximo usq; ad minimū, quantus sit habendus honor. Et potuissim præterea tua omnia in me opprobriamenta ingenio tuo cōdonare: qui religionē arbitraris tali atramēta contra omnes scribere, quotquot tibi videtur errasse. At qui errant apud te in iuersi, qui abste quoquo pacto disident. Præsertim quod, ut paulo antè dicebam, hæc nostra catholicorum, quam molitus es, concertatio

non omnino refert, quæ esse deberet, animorum concordiam. Attamen cum iudicio isto meo (vtcunq; sit tuo inferius) in eadē etiam Errat de certitudine gratiae hæreas salebra de certitudine gratiae: quam S. Synodus condemnauit, non potui, nec credo debui censuram tuam sine responso disimulare. Eò præsertim, quod cùm me ita infamaueris, vt qui falso nonnullis ea impinxerim catholicis, quæ nullus eorum vñquā dixerat, rebar actum à me iri hoc à te datum scandalum, inter eos nimirū, qui Synodo non interfuerant (synodalibus enim res est contra te oculatissima) nisi has ego sordes eluerem. Patefacerem, scilicet, quām nihil ego effinxerim: sed publicam, manifestariamq; historiam denarrauerim, cui veltu ipse palam etiamnum attestaris. Hanc deniq; nostram Apologiam, si eo recipias Christiano pectore, quo à me proficiuntur, efficere tecum possem (quod maximè cupio) vt tuum istum detractandi, vel animum poneres, vel stylum saltem moderares. Patere tatis per, dum id ostendam, quod dixerim te perdurare in sensu damnato per Synodum. Haud enim te inter Lutheranos censeo, sencem, quem sum semper vt Catholicum veneratus: at alium sensum retines, mitiorem quidem, falsum tamen.

Exordiū.

Sed quod rē à prima linea exordiar, liber noster de natura & gratia, ad tuum delatus tribunal, totus displicuit. In quatuor vero postremis capitulis tertij libri tractaueram de certitudine gratiae: quæ logissima omnium fuit disputatio, & molestissima in sancto concilio. Et quia non simplex, verum duplex fuit controversia, duos ego sensus discreui, quām potui pro ingenio meo luculentissime. Primus erat Lutheranorū: qui ideo astruunt vñquenq; esse certū suæ gratiae certitudine fidei, quod docent, eandē gratia ex nullis nostris operibus depēdere: nec tanquā ex dispositionibus, sed apprehēdi sola fide catholica: qua credimus, promissiones Christi veras esse, & certas. Atq; adeò quanta certitudine credere tenemur, Deum esse veracē, credere etiā (aiunt) astringuntur singuli iusti, se esse in gratia. Quē sensum nemo vñquā in cōcilio addubitauit esse falsum, neque

que discutiebatur, nisi vt explicatiū condemnaretur. Alter verò fuit sensus eorū, qui tanquā catholici, cōfitebantur, depēdere modo dicto gratiā ex operibus nostris, nihilo sciuīs, posse hominē lege cōmuni certū fieri, certitudine excludēte omnē prorsus dubitationē, se esse dispositū, esseq; subinde in gratia constitutū. Atq; id quidē testimonio spiritussancti: de quo loquitur Paulus ad Roma. 8. Vbi Rom. 8. ait, quod spiritus sanctus testificatur spiritui nostro, quod filiū Dei sumus. Horū autem catholicorū, postquā tu tantopere tibi hunc titulum, honoris gratia, vñspas, lubentes cōcedimus, fuisse te Coryphaeum. Ego verò non solum alia, mitioriq; nota subnotauit catholicos, quām protestates, verū & diuersis quoq; argumentis cōtra ipsos vñsus sum. Tu autē cōtrā, duos edidisti tractatulos, ambos quidem mihi obuersos, sed tamen primū ait te antequā libru nostrū videres, absoluisse: alter verò est, quo contra me propriè causam agis. In vñroq; querela tua est, & stomachus, quod ego catholicos Querimus Cath. cum maximo scādalo & iniuria infamauerim. Siquidē non solum in primo mēbro aduersus Lutheranos cōuenimus, nēpe quorū sensum summo cōsensu refutamus, verū & in altero nulla erat inquis catholicorū dissensio. Nisi quod ego perplexè, incōstanterq; locutus, voluerim verbis proprijs dissilire ab alijs. Ob idque in primo tractatu statim proponis facillimē te diuinasse, verba decreti aliter plerosq; accepturos, quām fuerat mens sancte Synodi. Et in altero contra me propriè ait, me impigere id catholicis, quod à mēte & cogitatione eorū semper fuit alienum. Et subdis, dolere te non tibi per nos licuisse nostrū videre libru, antequā ederetur. Intellexisse enim in nihilo te aliter quām nos rem sentire. Atq; inde orsus, acer rimā in nos instruis pugnā. Ego verò, pater coledissime, antequā Distribu ad singula ex ordine respondeam, explicare conabor, quātum inter nos discriminis, non solam extiterit, sed, vt video, modo etiam existat. Ac deinceps breuissimē aperiam (cōfirmando ea, quæ latissimē in libro nostro congeſsimus) falsum esse sensum, in quo perduras,

B & vt

¶ Ut ego credo, diuersum à mente Synodi. Deniq; tertio loco, vel singuli, vel precipua capita tua dissoluendo persequar. Igitur ut missum faciamus Lutheranorū sensum, in quo repellēdo summa est Dissidē. nobis concordia, dissensio, quam inter tuā, meamq; mente, nullam, extra verba, esse existimas, hæc est in re maxima. Porro, quod tu arbitraris, posse fieri hominē certū suæ gratiæ certitudine, quæ licet non sit æqualis fidei catholicæ, sit tamen vera fides, id est, omnem prorsus dubietatē excludens: atq; id quidē lege cōmuni: nēpe, testimoniō illo, quod, autore Paulo, Spiritu sancti reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Hoc ego vero, salua pace & autoritate tua, credo esse omnino falsum. Non possum aliter sanctā, quam arbitror, veritatem enuntiare. Quod si pergis, uti facis, id de omnibus vniuersim iustis affirmare, aperte pugnas cum cōmuni Christianorum sensu. Imò iterū atq; iterum aio pr̄eter eos, quibus sanctissimis hominibus Deus propriè id indulserit priuilegiū, nemine esse certū suæ gratiæ per assensum, qui mereatur nomē fidei, hoc est, qui prorsus omnē tollat dubietatē, extinguatq; omnē metum, vsq; ad minimam particulā. Hæc si explicauero, palā fiet quām gratis tot mihi perplexitates, falsitates, & ignorantias, de me toties admiratus, exprobraueris, quāmq; fuisset tibi consultius, decadere de propria opinionē, ut alijs omnes fecerūt: & simpliciter auscultare, ut iacet, decreto Synodi. In hac autē explicatione nō multa repēta eorum, quæ in tractatu nostro protuli: esset enim fastidiosum audire, sed ea tantum, quæ in gratiam propriè tui fuerint operē preciū. Non, inquit, tam incumbam veritati afferēde, ut quæ illic satis est confirmata, quām tuæ repellēdæ exprobrationi. Tu ergo, pater obseruande, quia quam semel cōcepisti opinionē, nulla ratione euellere animo potes, illo potissimū loco Pauli fulcire eam persistis, ubi ait, Spiritum sanctum testimonium reddere spiritui nostro, quod sumus filii simus, & haec redes. Inde enim hanc tm instruis paralogizationem statim in prim° Cath. mot tractatu. Testimonium hoc spiritu sancti fidei accipimus: & cum sit testi-

fit testimonium spiritu sancti, validū est: & cūm sit validū, certū facit credentē, qui nouit illum: & ita certū, ut sit infidelitatistitubare. Testimonio enim spiritu sancti subesse falsum non potest. Quare concluditur, dis, quod homo potest esse certus suæ gratiæ: atq; hoc certitudine fidei, & eius fidei, cui non potest subesse falsum. Verba tua sunt ad literā: quæ licet inter argumēta proponendā quæstionis ponas, tamen certissimō credis, syllogismum concludere, adeo ut in ambobus tractatibus frequētissima inculcatione illum repetas. Ob Duplexi des Cath. idq; duos fidei assensus hac ratione discernis, scilicet, quod alius sit assensus fidei, cuius certitudo sumitur ex obiecto: nempe, qui de iis sit, quæ ab ecclesia proposita sunt, ut credantur. Qualia sunt omnia scripta in sacra pagina. Quam quidē fidem omnes agnoscimus esse catholicā: hoc est, vniuersalē, vniuersisq; necessariam. Alius vero est assensus fidei, cuius certitudo sumitur ab interno lumine spiritu sancti testificantis, quod filii Dei sumus. Et hæc, inquis, licet non sit tanta, quāta est fides catholicā, est nihilominus vera fides, omnē prorsus dubietatem excludens, eò quod est ab spiritu sancto. Et quoniam in hac vocula, tanta, vel tua, optime pater, vel mea subest fala Tanta fidelia, vide quomodo negas, hanc fidē esse tantā, quanta est catholicā. Hac enim sola ratione id negas, quia non est tam vniuersalis, ut eius obligatio vniuersos complectatur. Itē non tanta, quia non eadem via sumitur eius certitudo, scilicet, ab obiecto per ecclesiā proposito. Cæterū tanta est in effectu: nempe, quia omnem dubietatem tollit, ab animoq; abstergit, velut fides catholicā. Quandoquidē ratio tua est, quod sit ab eadē diuina causa, qua fides catholicā: ut pate ab spiritu sancto. Itaq; si rem tecū bene reputas, solū negas esse tantam extensiū (ut verbis philosophorū utar) tantam nihilominus concedis intensiū: seu, si manus, effectiū. Nam intensio, etiam fidei catholicā, cumulatione esse potest in uno, quām in alio, iuxta illud, Adauge nobis fidem. Quod si ista verba non placent, retines saltem paritatem in hoc effectu, quod neque minimum scrupulum

dubietatis relinquit, sicut fides catholica. Ita enim expressè aīs in tua declaratione, his verbis, Et ideo nō vocamus hanc fidē catholicaī, id est, vniuersalē, sicut accipit beatus Athanasius, sed est fides particulariū sententiariū. Et subdit, Et falsissimū est, quod homo ex lumine fidei nō potest aliud cognoscere, quām quod ab ecclesia est determinatū. Hactu. Differt ergo apud te solū hēc fides, sicut particularis ab vniuersali: in certitudine autē equiparantur. Itaq; ut adēques fidē propriæ gratiæ, lege cōmuni illi, quæ est ex priuilegio. Ego vero & vt reor, quotquot rē oculatissimē perspexerint, lōgissimē aliter sentimus. Porro quod præter fidē catholicaū, & speciale illā reuelationē, quæ ex priuilegio sacratissimæ virgini, nonnullisq; alijs sanctissimis facta est, nullus assensus, etiā si communi testimoniō spiritus sancti sit ingenitus, illū pertingit gradū, ut omnē prorsus dubietatē adimat. Et ideo aio non mereri nomen fidei, nisi more humano: scilicet, quēadmodū homines ciuiliter loquuntur de fide, & de securitate. Explicabo me adhuc amplius: quia citius patiar tibi videri prolixus, quām implexus. Agnosco cū omnibus Christianis, alias essem hēreticus, quod cuicunq; venienti in gratiā Dei, spiritus sanctus testimoniuū aliquale reddit suę in Christo regeneratio nis, modō minus, modō maius, prout quisque proficit in via Dei. Assensus tamē instillatus ab spiritu sancto, nonnunquām, putā in hominibus tepidē conuersis, adeò est remissus, vt neq; magna, sed tenuis sit opinio. Crescit autē crescentibus indicijs, putā dulcedine interna diuinaruū rerū, & firmitate propositi in bono, &c. Nunquā tamē (citra speciale priuilegiū) eō vñq; firmatur, vt omnē abradat penitus scrupulum: nisi vt simus certi more loquendi humano, vel (quod philosophi morales dicerēt) moraliter. Homines enim in cōuersatione ciuili dicimur firmiter & certissimō credere, quādō nul la est verisimilis ratio dubitādi. Exempli gratia, Certissimō credo, securusq; sum, quod extat Roma: nihilominus hoc iure iurando non affirmassem: quia fieri potest, vt iam modo non sit. Securus etiam sum

sum & tutissimus, humano more loquendo, quod amicus, quē ante horam sanū vidi, viuat modo: non tamē id iurasse, quod tamē facerem de articulis fidei. Neq; verò si quis mihi contrarium diceret, omni procul dubio affirmare. Quia ista credulitas non diluit omnē suspitionē. Et ideo Aristoteles nō distinxit fidē hanc ab opinione. Ita prorsus dico de testimonio spiritus sancti lege cōmuni, quod sum filij Dei. Imò vñtā ego aliquādo ad tanta certitudinē perueni rem, quantā habeo, quod extat Roma: quē tamē non est nisi inten-
tissima opinio. Antea verò quām hēreticū me appelles, negantem, Requisi-
ta ad fidē
tesi imonum spiritus sancti efficax esse ad ingenerandā fidem, quæ deleat omnē dubietatē: animaduerte, quæ so, expositionē meam, quā explicatissimē scripsi in tractatu meo. Ad hoc vt generetur in nobis assensus fidei, tollens omnē hēsitationē, non satis est, quod sit ab spiritu sancto, sed requiritur, quō certitudinē habeamus, esse ab spi-
ritu sancto. Et ideo, vt ego illic referebam ex sancto Thoma, & theo-
logis, duo cōcurrunt ad assensum fidei, scilicet, lumen internū incli-
nans nos, & præterea autoritas diuina alicuius proponētis hoc esse
reuelatiū a Deo: qualis est autoritas in ecclesia proponētē sacras scri-
pturāc. Cū autem spiritus sanctus interne vnicuiq; per indicia, &
quas tu vocas circumstantias, reuelat statū gratiæ, adest quidē pri-
ma causa certitudinis, scilicet, internū lumen, à quo qui manat assen-
sus, non potest esse falsus. Quia tamē habere nō possumus certitudi-
nē, quod ista intrinsecus reuelatio sit ab spiritu sancto (quoniam non est autoritas ecclesiæ proponētis, nec Dei certò affirmatis, quod ipse sit qui reuelat) ille assensus non tollit omnē dubietatē. Nō quod si spiritus sanctus id nō posset, si vellet: absit enim tam ingēs blasphemia: sed quia ita nobis loquitur. vt nobis nō constet eum esse qui lo-
quitur. Quandoquidē angelus Satanae transfiguret se in angelum lucis. Neq; certius reuelat nos esse in gratia, quām per conjecturas, quas hēretici homines nonnunquā ex leuitate, & ignorātia, tāsibi habēt apparētes. Accipe aliud exemplū, Si Christus seruator noster

Reuelati
onis pri-
uilegium

Punctum
discimi-
nis.

Tāta cer-
titudo.

nunc in forma humana indignissimo mihi appareret, & antequā mihi aperiret se esse Christum, affirmaret aliquā veritatē, certe nihil aliud quām opinione mihi faceret: licet quicquid dixisset, verissimum esset. Post quā autem certò retegeret se esse Christū, perinde omnia, quae mihi diceret, crederē, atq; articulos ipsos fidei. Ex hinc falsitas apparet illius, quod aīs in tractatu secundo, nihil prohibere aliquē de aliqua re habere notitiam à certitudine fidei, & tamē eundem nō cognoscere, vtrūm à lumine fidei illud veniat. Imò aio ego, quod in his, quae sola reuelatione Dei constant, nemo potest certius nosse hoc esse verum, quām nouerit hoc esse reuelatum à Deo. At qui ex hinc palam constat differentia inter priuilegiatos, & illos, qui de cōmuni lege recipiunt testimonium spiritus sancti, quod sint in gratia. Illi enim ita percipiunt reuelationē, ut certissimō illis constet, illud esse reuelatum à Deo: Deo tunc faciente per se, quod modò facit per ecclesiam. Siue reuelatio sit inherentis gratiae, siue alterius rei, vt future victoria. Nobis autē, quibus cōmuni lege fit reuelatio, non id constat certitudine fidei, maioris, quām quae habetur per cōiecturas, quod ille spiritus, qui nobis loquitur, est spiritus sanctus. Atq; hoc est inter nos pūctum discriminis, quod tu parem facis reuelationem cōmuni em illi, quae est ex priuilegio. Nihil curo de intentione: namq; etiam illa maior fuit in Virgine, quām in Paulo. Sed saltem in hoc, quod pellit omne dubium. Quod ego, imò verò Synodus per negat. Quò ergo ad causam propriū accedam, vbiq; ego affirmo, neminem certū fieri posse suę gratiæ: tanta certitudine, quāta est fides catholica, sed solum humano modo, non solum nego de quantitate illa extensua ex parte obiecti, scilicet, quod non possit esse tā vniuersalis certitudo de hoc, quā est eorū quae proponuntur ab ecclesia (de hoc enim nihil disputabatur) Verū dico, quod in esse: Et nō potest esse tāta. Hoc est, quae tollat prorsus omnē dubietatē: qualis est effectus fidei catholice. De quo penitus sensu agebatur inter theologos, & patres: & nos modò, te negante, discordamus.

Itaq;

Itaq; tu duas lege cōmuni ponis fides, scilicet catholica, atq; hāc spe ciale: quae, quū apud te omnē tollat dubietatē, fides tibi est propriissime. Ego vero tantū vna, scilicet, illa, quae est catholica, & quācumque aliam ex priuilegio: Vbi Deus certò reuelat suum esse testimoniū: quae quidem in certitudine nō differt à catholica: sed in hoc, quod non est vniuersalis. Nisi forsè fuerit proposita ab ecclesia. Qualis est illa, Aue gratia plena. Illa autem, quam tu ponis, peculia ris de cuiusq; gratia, lege cōmuni, nō est fides, sed opinio, magis, minūsue intensa: & quae in proiectis sanctis tollit dubietatē, vt more humano dicamur per illā certi. Quo fit, vt quādo ego cum omnibus theologis dixi, illā tantū esse proprię fidē, cui non potest subesse falsum, non intelligebā (vt tu fingis) quod debeat esse de obiecto necessario, sed quod in sensu cōposito, etiā si sit de cōtingenti, non stet quēpiam sic assentiendo decipi. Quod est, talē assensum omnino tollere dubietatē, faciendo hominē certissimū. Et vt opposita iuxta se posita clariū elucescant. Disputat. v.g. philosophi, an accidē quātitatis res distincta sit a substanciali, sicuti color. Illa autē propositio necessaria est, si est vera: & impossibilis, si est falsa. Sed quia assensus ille, quātitas alia res est quā substātia, nō tollit omnē dubietatē, dicimus quod sic, aut cōtradictorio modo assentiens potest decipi. Quare vtraq; pars est opinio. Eodē modo loquimur de hac cōtingenti, Ego sum in gratia. Si enim hoc mihi Deus reuelaret speciali priuilegio, vti Paulo, esset certissima fides: cui nō posset subesse falsum. Quum autē mihi cōmuni lege reuelat spiritus sanctus per dulcedinem mētis, quā mihi instillat, vel per alias cōiecturas, quibus conyicio habitare in me eundē spiritū, licet, sub cōditione loquendo, necessariū sit, quod si assensus sit ab spiritu sancto, idē sit verus, tamen quia non certò cognoscimus esse ab illo, dicimus quod potest huic assensui subesse falsum. Enim uero similibus cōiecturis possem decipi. Et quod hic fuerit sensus S. Synodi, infra faciemus manifestū. Postrema expositionis nrae particula sit, quo cūm assensum spiritus sancti

Fides hu-
mana.

B 4 sancti

Cui non
pot sub-
esse falsū

Exemplū

sancti appello fidē humanā, non intelligo humanā ex parte cause, quod per se cuicunq; præterquam tibi est manifestissimum. Video enim causam esse spiritū sanctum. Qua ratione si quis dicat eam diuinam, & fieri more diuino, nihil renuo, sed nuncupo humanam, quia certitudine habet, & dubietatē tollit, modo loquēdi humano, & ciuii. Scholastici dicerent fidē esse moraliter, nisi quod verbum non est usq; adeò latinū in hoc significatu. Ad hoc enim ut simpli-citer dicitur diuina in modo tollendi dubietatem, exigitur præter quam quod sit à Deo, ut constet reuelationem fieri à Deo.

Quo vera sententia confirmatur. Cap. 3.

Interrogatio. **A**C priecta explicatione, pergo: ut ea, que prælocutus sum, confirmē: non quidē argumentis pluribus, si quidē in tractatu proprio cumulauit plurima. Sed hac tecū, pater doctissime, sola interrogatione agā. Quando Paulus docet spiritum sanctum reddere testimonium spiritui nostro, quod sumus filij & hæredes, nunquid de vniuersis hoc censem, qui sunt in gratia Dei? credo nō negabis: quoniam generaliter vindetur loqui. Quinimō tu in enarratione cuiusdam loci diuini Bernardi, & inferius recitando aliud testimonium dini Ambrosij, & sèpe hoc contra me obseruas, quod de omnibus existentibus in gratia iil lud intelligatur, aperte asseris. Hoc autem, quod tu mihi obmoliris, gratissimè suscipio, ut apertissimè, vel te deuincā, vel meā prodam inscitiam. Interrogo mox ergo. An quotquot sunt in gratia, cōten-das habere tantā fidem se esse in gratia, ut nullā prorsus habeat dubitationē, sed sint prorsus certi, atq; adeò securi, quod pro illo tunc instanti sunt Deo accepti? Si hoc tu, pater circunspectissime, mihi concedis, nō amplius tecū dispuso, sed me causa cecidisse fateor. At vero, præterquam quod talis error expressè nunc est damnatus à sancta Synodo, ut infrā palam ex decreto concordiam, mittā te ad vniuersum Christianismū, si itate prædicantē ferant. Sunt enim pleriq; ancipites: quinimō vix sunt qui nō habeant dubitatiunculam aliquam

aliquam, & meticulum, quo sint statu apud Deum. Sunt, inquam, coplures egregia sanctitate; scrupulositatem: qui nunquā sunt sine metu: plus nimium tenaces Gregoriani verbi, quod timorati animi sit, ibi culpā agnoscere, ubi culpa non est. Mitto alios tepidos homines conflictantes cum carne, modo cadentes, modo resurgetes: qui nonnunquā sunt in gratia, & tamē meritissimè dubitant de statu suo, quoisque magis proficiant. Vnde ergo, & concionare sic inter istos, Quotquot sunt in gratia, sunt certi absque illa dubitatione se in tali esse statu: & ideo quotquot dubitant, extra gratiam sunt. Evidentissima est enim consequentia ex cōtrario consequentis ad con-trarium antecedētis. Credo, pater prudentissime, nunquā ita cōcio-naberis: nam tale concionatore arbitror fustibus exterminaret po-pulus. Profectò si quotquot aliquo pæcto hæsitant de sua gratia, illa vacant, miserrima esset hac parte humana conditio. Nunquā ergo dabis hoc credo. Sed quod optimo iure meo assumere ego possum, tu quoq; largiris: nempe quāplurimos esse in gratia, de qua tamen vt-cunq; dubitant. Colligamus ergo argumentū ex his duobus assump-tis, Quotquot sunt in gratia, recipiunt aliquale testimonium spiritus sancti, maius minūs: non autem omnes certitudinem habent suę gratiæ, tollentē omnem dubietatē: non ergo in vniuersum testimonium spiritus sancti validū est ad generandū propriè fidem: idest, quæ omne expungat dubium. Vis palā rem audire ab Augustino? Id quod Paulus dixit, spiritum sanctū testificari filiis Dei, ait ipse, Augustinus, charitatē foras mittere timorem: Non autem ait, Omnis charitas, sed perfecta charitas foras mittit timore. Nihil ergo vetat charita-tem esse cum aliqua formidine: atq; ideo cum aliqua dubitatione. Infractum ergo est tibi hoc argumentū, ut non amplius ex hoc dū-taxat medio concludas assensum aliquę propriè esse fidem tollētem omnem dubitationē, quod scilicet productus est ab spiritu sancto. Neq; illo nos amplius loco Pauli deuexes. Antea ergo quā ad alias probationes tuas descendā, repetam Achilleum, cuius suprā me-
C mini

Argumē-tum con-tra Cath.

Augusti-

Repelli-tur argu-mentum Catha.

mini. In principio enim statim prioris tractatus, circa locum Pauli, quod spiritus sanctus contestatur spiritui nostro, subdis, Hoc autem testimonium proculdubio fide accipimus. Si intelligis, quod fide accipimus verbum Pauli, scilicet, quod spiritus sanctus contestatur spiritui nostro, verissimum est: nam fide accipimus omnes scripturas sacras; sed hoc nihil ad causam. Si vero sis, quod assensus, quem spiritus lege communis suggerit, sit proprietas fides, falsum est: neque probabis unquam. Subiungis enim, Et cum sit testimonium spiritus sancti, validum est. Hic iam ruit tua ratiocinatio: nam si uniusmodi intelligas, ut si facis, quod omne testimonium spiritus sancti est validum ad generandum fidem eliminante omne dubium, falsum iam id esse probauimus. Et tu falsum certe suspicabar. Nam subiectis, Et quum sit validum, certum facit credentem, qui nouit illum, et ita certum, ut sit infidelitatis titubare. Vbi non simpliciter infers, quod sit per se validum facere certum omnem iustum, sed eum, qui nouit illud. Id quod ego ingenuè cōcedo: sed tamen eo modo, quo quis nouit, testimonium esse spiritus sancti, agnoscit se esse in gratia. Addo ego nihilominus contrarie, quod quum nemo sit omnino certus, testimonium illud internum esse ab spiritu sancto, sit, ut neque sit penitus certus, quod sit verum. Quocircum nulla est infidelitas habenti gratiam, titubare. Quoniam licet testimonio spiritus sancti non possit subesse falsum, haud tamen constat esse spiritus sancti. Sed ait, non omne testimonium diuinum esse usq[ue] adeo validum, neque facere talem fidem, sed ubi homo examinat conscientiam suam, et perpendit omnes circumstantias, et coniecturas inexistenter gratiae. Tunc enim, autore Aug. perfecta charitas foras mittit timorem. In primis iam non tibi costas: siquidem ex una parte (ut anteā citabamus) identidem repetis, quod omnibus existentibus in gratia, spiritus sanctus testificatur: at que ex altera modo cōfugis ad certas circūstātias. Præterea neque hoc perfugio satis est tutus. Nā sunt plurimi, ut illi, quos theologi vocant insipientes, qui tā plena in se coniecturas non sentiunt, ut omnis expūgnerit.

Cavillus
Cathari.

gatur illis ratio titubandi. At eò progrediamur, ubi me creditis cōfondere. Saltē in prouectioribus habētibus vñhemētes coniecturas, et indicia spiritus sancti, efficax est testimonium diuinum, ut omnē tollat titubādi causam, atq[ue] ideo faciat certissimā fidem. Hic enim subest p̄nctū controvērsie. Vbi respōdeo, quod licet eo possit quis per gratiam Dei promoueri sanctimonia, et rebus Christianē gestis, ut habeat pacatū animū, credens se esse in gratia Dei, illa tamē nunquam est nisi moralis certitudo: quā ego dicebā humānā, id est, quae ita sedat animū, ut illa intensissima opinio, quam nos homines vocamus fidē, cuius exēpla antea ponebam. Dicimur enim nūc certò credere qui Tridenti degimus, extare Romā. Et hoc modo perfecta charitas foras mittit timore, lege communis. Imō quisnā ad tā excelsum gradū certitudinis, ex hominibus etiā rariissimā sanctitatis, de sua obtēta gratia cōscendat? Neque alio argumēto opus est præter experientiā. Experimēto enim cōperimus, non nullos hæreticos ob suā levitatem, et ignorantiam, et quā ostentat sanctimoniam, tāta esse animi serenitatē, et certitudine se esse in gratia (hāc ego appellabā certitudinē ex parte subiecti) quanta sunt multi catholici. Quo enim pācto maior potest significari charitas, quā ut animā suā ponat quis pro Christo? Et tamen sunt multi, qui in sua hæresi pertinaces gladio occūberent. Porro autē neminē hactenus audiūimus catholicū prudentē, qui ita certus assereret se esse in gratia, ut vos dicitis. Quinimō tu ipse interrogatus (ut audiuī) an essem ita de te ipse certus, nō ausus es affirmare. Sed respondebis, Id te propter modestiā siluisse. Profecto si ea certitudine posset quis assequi se esse modō iustum, quae omnē tolleret dubietatem, nulla esset superbia ita de se affirmare: maximē quod (ut eu ait) citra maximā sanctitatē hāc certitudo haberī potest. Quum tamen contrā, ut ego in tractatu meo dicebā (ad quod argumentum cuperem respondisse) eas sum mente, ut neque inter Lutheranos credam, præter stupidos, quempiam esse, qui tanta certitudine de se indicet esse in gratia, quantā ipsi prædicant habere omnes iustos.

Martyr.
& iureiu-

Imo age, perpendamus, quæ in secundo tractatu ait, scilicet, non requiri ab ipsis, qui hanc tuam certitudinem habent suæ gratiæ, ut se pro illa exponant martyrio, aut iureiurando id afferant. Si quis est certus absq; illa dubitatione, se esse in gratia, cur nō ei licebit iurare? Profecto si quis mihi intentaret mortem, nisi iureiurando affererem esse in gratia, & vera esset tua opinio, licitum mihi esset id iurare, ut me seruarem, Sicut illicet illi esset, cui speciali priuilegio de sua sibi gratia constaret. Nemo est tamen in orbe iustus & prudens, qui ita iuraret. Quinimò omnes dicerent se ita credere, non tamen tam certò, ut iurare id possent. Rursus si tyrannus mihi comminaretur mortem, nisi negarem me esse in gratia, nunquid non potius mori deberem, quam mentiri? Si tua tamen verum haberet opinio, mendacium esset id negare. Igitur tunc esse deberē martyr. Reliqua argumenta latissime patent in tractatu proprio.

Quo ad priorē tractatū Reue. Cath. respōdetur. Cap. 4.

AT quò firmiora hæc fiant, & lucidiora, ad tua, optime pater, argumenta descendo. In priori tractatu, postquam illo syllogismo, quem paulò antè eneruabā, colligis tuam conclusionem, scilicet, quòd homo potest legi communī esse certus suæ gratiæ, certitudine tollēte omne dubiū, confessim annectis expositionē noni cap. decreti de iustificatione. Quod cùm totum apertissimè contra te faciat, postremā tu tamen particulam assumis tuo iudicio exponendā. Hanc prius videamus: deinceps adnotabo verba, quæ tu prætermisisti. In calce cap. sic habet decretum, *Sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramentorū virtute & efficacia dubitare debet, sic qui liber, dum seipsum, suamq; propriam infirmitatem, & indispositionē respicit, de sua gratia formidare & timere potest.* Hactenus (inquis) nihil est in controversia apud catholicos. Ego verò ostendam opinionem tuam huic particule aduersari. Sed adiectū est, inquis, cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum,

sum, se gratiam Dei esse consecutū. Et quia tu ab hoc postremo membro orsus es, tuum ipsius sequamur ordine. Atqui imprimis expositionis gratia arguendo percontaris: cùm multi ex priuilegio tales habuerint certitudinem, ut beata virgo, & alij sanctissimi, cur non fuerint excepti. Omnes proculdubio præter te unum respondebūt, nulla fuisse opus exceptione: eò quòd per se esset notissima, talis in Deo potestas. Quinimò in sacra pagina expressè haberi huiusmodi reuelationis priuilegia, ut, *Ave gratia plena: dominus tecum.* Et de Magd. Remissa sunt ei peccata multa, & alia id genus. Syno. autem tantum diffiniuit illa, de quibus dubium aliquod esse potest: de priuilegio autem nemo potest dubitare. Tu autem, ut tibi consulas, hac nescio quibus rationibus reiecta responsione, que omnium fuit mēs patrum, nouam, atq; inauditam commentus es. Videlicet, Synodus non meminisse eorum priuilegiorū, neq; opus fuisse, propterea quòd eiusmodi fides peculiaris ex priuilegio non est fides, cui non potest subesse falsum. Eò quòd est de re contingenti. Quare licet sanctus, cui fit talis reuelatio, non fallatur, posset tamen falli. Cum ergo Synodus censem neminem posse esse certum suæ gratiæ fide, cui non potest subesse falsum, decretum, inquis, non attingit illos. Atq; hoc tibi responsū preparasti, ut similiter responderes de tua peculiari fide, quam afferis habere posse unumquilibet iustificatum lege comuni: scilicet, quòd non excluditur per verba Synodi. At vero nemini unquam fidem faciet huius tui conficti responsi. *Quis enim dubitet, quin S. Synod. palam deneget omnem fidem, quæ omnem abu-* git contraria opinione? Per hoc enim, quod ait, *Cui nō potest subesse falsum, non designat* (ut supra exponebamus) necessitatem propositionis, sed talem fidem, per quam certus fit assentiens, quòd non sit possibile, se, dum per eam assentit, decipi: quod est dicere, fidē remouentem omne dubium. Eo modo, quo fides diuina, quando scilicet constat reuelationem esse Dei, certissima est. Ob idq; illic non insinuatur, vel permittitur, ut tu putas, alia fides, cui licet posse subesse falsum,

Comētū
Catha.Reproba
tio.Cui non
pot subes
se falsum.

falsum, certissimum nihilominus faciat de praesenti credentem. Quinimmo illa particula est definitiva, & expressiva rationis verae fidei. Ac si dixisset, Quod nemo potest esse certus lege communis (de hac enim erat quæstio) se esse in gratia, certitudine fidei catholicæ, aut fidei equalis in effectu. Illa enim sola est fides, cui non potest subesse falsum. Alias si tantum voluit negare certitudinem fidei catholicæ, quare non ita expressit? facilius enim erat dicere, fidei catholicæ, sed quia non solù illa excludebatur, verum omnis, que vera, legitima, habet rationem fidei, vñsi sunt patres illa periphrasi, cui non potest subesse falsum, ad explicandam fidei veram, propriamq; rationem. Cui verissimo sensui non coheret tua opinio. Sed quid laboro in expositione verborum decreti? Nonne per seipsum lucidissima sunt? Cum enim causam, cur quilibet iustus formidare, & timere potest, hanc subiicit, quod nullus scire valet certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratia Dei esse consecutum, manifestissime excludit omnem assensum fidei, que aduersatur formidini & timori: tu autem adeò certum afferis assensum, ut omnem pellat dubietatem, & formidinem, & amorem de praesenti, ille ergo expressè damnatus est. Ob idq; vñbicunq; in tuis tractatibus de me conquereris, quod nunquam dixeris quepiam esse certum suę gratiam, fide, cui non potest subesse falsum, responsum iam tibi puta. Hoc enim, quod ait, fide tollente omnem dubietatem, idem est in virtute, quod fide, cui non potest subesse falsum, id est, qua certus est, qui ita assentitur, non posse talis fide decipi. Retrocedamus autem ad precedens membrum textus, de quo, pater reverende, nulla agnoscis controvrsiam inter catholicos. Illud enim in primis letanter, quasi a te pugnans, legis, videlicet, cautissimum S. Synodus pronunciasse, quod quilibet, dum seipsum, &c. de sua gratia formidare, & timere potest. Non enim ait, dixit, formidare debet, sed, potest. Et tamen si testimonium spiritus sancti lege communis non absterget omnem dubitationem, dicendum fuisset, inquis, formidare debet. Ut homines obligarentur semper esse in metu. Antea vero

quām

Annotationes Catholicae

Synodus pronunciasse, quod quilibet, dum seipsum, &c. de sua gratia formidare, & timere potest. Non enim ait, dixit, formidare debet, sed, potest. Et tamen si testimonium spiritus sancti lege communis non absterget omnem dubitationem, dicendum fuisset, inquis, formidare debet. Ut homines obligarentur semper esse in metu. Antea vero

quām ad tuum ego, debet, respondēam, ad nostrum tu precor, potest, responde. Tantundem enim est, potest, quantū iure & licet potest. Resumo ergo argumentū supra factum ex cōcessione tua, quinimmo ex Veritate ipsa. Testimonium enim lege communis spiritus sancti omnibus adest iustis. Si autem, vt tu censes, tale testimonium vñiq; validum esse ad omnem conuelendā formidinē, nemini iusto licet dubitare se esse in gratia. Attamen S. Synodus, Pius, inquit, (& dubio procul de omni pio intelligit, lege communis) formidare, & timere potest. Quare neq; hæc particula absque controvrsia est, si in tua persistis opinione, sane, que illi reluctatur, est autem sententia Synodi citra controvrsiam vera: est ergo opinio tua citra controvrsiam falsa. Haud tamē adiecit Synodus, formidare, & timere debet: propterea quod potest quis ad tantam gratiam peruenire, vt modo, & more humano loquendi, aut nullam, aut certe tenuissimam dubitationem habeat suę salutis, sed sit sedato, pacatoq; animo: vt viris heroicā virtute progressis vñsu venit. Et hoc est, quod ait Aug. Perfecta charitas frater mittit timorem. Sed repetamus, si placet, ab initio verba decreti, decreti, quae sunt hæc, Quanvis autem necessarium sit credere, neq; remitti, , , neq; remissa vñquāfuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia, , , propter Christum, nemini tamē fiduciam, & certitudinem remissionis, , , peccatorū suorū iactati, & in ea sola quiescēti, peccata dimitti, vel, , , dimissa esse dicendum est. Cum apud hereticos, & schismaticos possit, , , esse, in modo nostra pietate sit, & magna contra ecclesiā catholicā contentionē prædicetur: vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. , , Perspicce, pater oculatissime, rationē decreti. Vbi non modo opinio, , , tua, sed ratio ipsa eliditur. Ait enim in lege communis posse hominem, , , qui examinat conscientiam, perpenditq; circumstantias omnes ingenitā charitatis, certissimam habere fidem omni procul dubio, se esse in gratia. Contrā vero Synod. id denegat. Cum apud hereticos, inquit, & schismaticos (porro similibus cōiecturis deceptos) possit esse. Non, inqua, similibus ex parte cause (nā vera cōiectura aspi-

ritus sancto sunt, falsæ verò à Satana) sed similibus: quia angelus Sa-
tana transfigurat se in angelū lucis. Nullus ergo certus esse potest
lege communi certitudine tuā, pater optime. Et sequitur in decre-
to, Sed neque illud afferendum est, oportere eos, qui verè iustificati
sunt, absq; vlla omnino dubitatione apud semetipos statuere, se
esse iustificatos, neminemq; à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eu-
qui certo & firmissimè credat se absolutum, & iustificatum esse.
Quidnam euidentius contra te proferri potuit? Ais tu, Cūm primū
quis iustificatur, testimonio spiritus sancti, fieri certum suā gratie
(si diligenter expendat circumstantias) certitudine tollēte omnem
dubitacionē. Nō curemus, an sit catholica, nécne, possitq; illi subesse
falsum, nécne: ait tamen absq; vlla omnino dubitatione de præsen-
ti iustum statim esse certum. Quibus formaliter verbis contradicit
Synod. scilicet non esse afferendum, oportere eos, qui verè iustifica-
ti sunt, absq; vlla omnino dubitatione apud semetipos statuere, se
esse iustificatos. Fateor hoc pronūciasse aduersus protestantes, sed
tamen generaliter condemnatur certitudinis dogma, siue talis cer-
titudo dicatur solum depēdere ex fide, vt illi aiunt, siue etiam ex di-
positione nostra, cuius habeatur certa fides, vt tu dicis. Hac ergo
Hæret in eadem fa- de causa proposui in principio, te in eadem hærere salebra, quam S.
lebra.

Synodus condemnauit. Testis mihi est Deus, nullam me tibi consul-
to obiecisse calumniam: an verò mea fuerit ignorantia, aliorū esto
iudicium. Mitto sigillatim respōdere ad exempla, & rationes, quæ
in hanc tuam causam conglomeras: Sanè arbitratus, quod qui hanc
nostram legerint apologiam, facillimè iudicabunt, quām extra cho-
rum, quod aiunt, saltē. Illud tamen silenter præterire non possum,
quod fermè in calce ex alijs verbis conciliij conficis argumentum.

Canō. 26 Est canon vigesimus sextus, Si quis dixerit, iustum non debere pro
bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, et sperare aet-
ernam retributionem à Deo, per eius misericordiam, & Iesu Christi
meritum: si bene agendo, & diuina manda custodiendo, vſq; in
finem

finem persecuerauerit, Anathema sit. Ex hinc tu instruis argumen-
tum. Vult ergo, inquis, manifestè canon, iustos specialiter teneri ad
sperandū pro bonis operibus, iusti igitur obligātur ad hoc. Et addis,
Quod si nemo se iustum esse potest nosse, nullus consequēter potest
scire de suis operibus, an bona sint, hoc est, meritoria vitæ aeternæ.
Quod si ita est, profecto nullus tenebitur ad hoc spei suā præceptū,
quod peculiariter res p̄icit iustos. Et quidem mihi hæc sequela vide-
tur manifesta. Hactenustu, multaq; sequenter adhibes ad confir-
mandum, quod S. Synodus peculiare iustis posuerit præceptū spei.
Quare nō sufficit, inquis, quod probabilitate iustum esse agnoscat,
sed quod certissima fide id teneat. Fateor, per quam reverende pater,
dum legendo in hunc locum incidi, libellus mihi ē manibus cecidit.
Quid enim aio? cum hoc reue patre verba prodigā: quippe cui adeo
placuerit sua hæc fidei certitudo, vt in eius gratiam, talia fuerit me-
ditatus. Nempe, quod sancta Synodus peculiari lege obligauerit iu-
stos sperare, præter diuinū præceptum spei, quod omnibus est Chris-
tianis in vniuersum positū. Te etem sciscitor, optime præful, vis S.
Synodum aliquod præceptum humanū præscribere iustis de spe ha-
benda, præter diuinū? Cuinam talis rei fidem facies? Ecclesia enim
in huiusmodi potissimum præceptis de virtutibus theologicis, nihil
aliud vñquā cogitauit, quamvis explicare diuinū. Præceptum au-
tem spei, sicut fidei, & charitatis, nunquid, perinde ac decalogus,
omnibus Christianis præscriptum est? Num peccator, sicuti crede-
re in Deum, ipsumque amare, ita & in ipsum sperare non tenetur,
quemadmodū & iustus? Non quidem sperare, quod pertinax mali
vitam possit consequi aeternam. Sed volo dicere, quod eodem præce-
pto tenetur sperare peccator gratiam Dei, & quod per sua opera, au-
xilio præente diuino, consequetur vitam aeternam, quo & ipse iu-
stus. An verò suspicaris, melioris esse hac parte conditionis peccato-
rem, quam iustum, ut propterea quod sit in peccato, eximatur ab hac
obligatione? Fateor equidem, quod fiducia crescit ex operibus, sed
D quod

quod nouum sit praeceptum spei in aliquibus Christianis, quod non
sit in cunctis, nouum est in Ecclesia Dei. Quod autem S. Synodus
definire voluit, quinimo aperte definit, est, quod quilibet tenetur
sperare, quod si iustus fuerit, & perseveraverit, per bona opera, pre-
via gratia, consequetur eterna premia. Ita ut obligatio ad omnes in-
discriminatim spectet: actus vero spei feratur in tota hypotheses, in
sibene egerit perseveranter. Sicut dictum est Cayn: Si bene egeris,
recipies, &c. Tametsi forsan, illic S. Synodus nihil meminit de prae-
cepto: Sed quia Lutherani dicunt opera iusti non esse meritoria vi-
tae eternae, ait, Siquis iustus non debere, &c. Sed alia etiam in ra-
tione patet Reuer. de his te verbis couenio. Censes enim omnem iu-
stum teneri singulari precepto spei, quod tamen nisi certitudine fi-
dei excludente omnem dubitatem, explere nequit. Tenetur ergo se-
cundum te omnis iustus certitudinem habere sue gratiae. Porro autem
an hactua conclusio apertissime repugnet verbis capituli noni, vbi
habetur, quod non oportet eos, qui vere iustificati sunt, absque ul-
la omnino dubitatione apud se metipso statuere se esse iustificatos,
& rursus, quod pius homo de sua gratia formidare, & timere po-
test, tu videris, Agnosce ergo ad spem habendam non solum satis esse
iustis, & prijs fidem habere, more a nobis exposito, se esse in gratia,
sed satis esse omnibus fide catholica credere pet Deum non stare, quo-
minus uniuersis gratia viresq; suppeditet ad sua seruanda prae-
cepta, quorum obseruantia, eadē fide tenemur eternam agt felicitatem.

Quo ad 2. tractatum respondetur, Cap. 5.
Ractatus autem secundus est, quo me propriè laceſſis,
laceras, arguis, atq; redarguis. Cui titulum facis, De-
fensio catholicorum, qui pro possibili certitudine pre-
sentis gratiæ differuerunt. Non tamen opus tibi fuerat
omnes defendere. Nam plerique multi aliter iam sentiunt, quam
tu, Imo nescio quis nam tecum aliis persistat. Statim autem in nun-
cupatoria epistola ad patres ait post absolutam superiorem inter-
pretatio

pretationem decreti delatum esse ad te librum amici ac fratriis in Domino charissimi, me nominans, in quo multa sunt, atque non probas, & merito a doctis, & peritis in sacris literis, minime probada existimas: Vel non me amicum charissimum appellasses, vel non me continuo vsq; adeo gratis deieciſſes. At ſic ſoles amicos. Sequitur in tua epiftola, Illud tamen plurimū, ac meritiſſimo diſplicuit, quod in quaſtione de poſſibili certitudine gratiae, ea nos defendiſſe testatur (ego ſciliſet) quae non ſolum à mēte, & cogitatione noſtra ſemper fuerunt aliena, verum etiā hiſ ē diametro aduaerſa, quae noſ, & verbis perſpicuis pronunciauiimus, & coram vobis etiam ſcriptis recitauiimus, ut video, de te ſolo loqueris: ſed an de te & ſodalibus tuis loquaris, parum refert. Quomodo autem nihil vobis impoſuerim, ſed quae diu defen-debatis, & tu etiam Reuer. pater mor-dicus reuines, ſtatim aperiam inter traectandum titulum quaſtio-nis mee, quem tu urgendo reſrificas. Quod autē ſubdiſ me teipſum ſuppreſſo nomine petere in illa diſputatione, nihil minus credas. Diſputabam enim in genere contra illos, qui illam opinionem tu-tauerant, ad explicandas rationes Synodi. Neq; tui, ſi qua Christia-no fides, memineram: Neq; verò cogitare poterā, quod aliquis amplius ex catholicis poſt ſanctum decretum cōciliij in me resurgeret. Tametsi imprecatus ſum, quod utinam iam nemo in illa opinione perſiſteret. Repetis rurſum mirifice nos (te ſciliſet & me) conuenire de quaſtione definita per Synodum. Quare doles, quod non iibi licuit librum noſtrum videre antequam imprimeretur, ut intelligerem nihil aliud ſentire quam ego ſentio. Ad quod ego reſpondeo, adeo inter nos diſconuenire, ut quantum ex tuis modis ſcriptis coniicio, licet tecum rem contulifsem, nihil magis conueniſſet. Verba autem hæc, verba ſunt penitus. Ad apolo-giam ergo tuam, ut veniamus, hanc ſtatim auſpicas a protesta-tione. Protestor enim inquis, cum operofum nimis, & onerosum eſſet valde, taxare cuncta, quae me offendunt in illo lib. non reli-

qua me probare, que non reprehendo. Bone Deus, quantum existebat periculi, si omnia probasses, quandoquidem tam sanctam duxeris protestationem prætermittere. Quid si cuncta reprobasses? An ideo labefactata omnis esset autoritas libelli mei? Ita tu solus tecum reputas. Mihī verò nullam inde inieciſſes curam contrā protestantem Legatorū di. Miſi quidem lib. ad Illust. ac Reue. Legatos: qui affirmant, nihil approba- inibi inueniſſe, quod non castam, integrā, Christianamq; doctri- nā redoleat. Verba ſunt in forma vniuersi illorum, Tui autem non item fui memor, qui ſubſcriberes. Tamē ſi non ſum vſq; adeo stu- dii, qui non intelligam, quām poſſint multa ex meis reprehendi. Po- tissimum, quōd neq; mihi aliorum vniuersa probata eſſe potuerint. Neq; illorum quidem, quorum non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere. Subiungis non paruum me præbere ſcadalum, cū dixerim, certamen nobis eſſe cū catholicis, & adhuc manere. Nam dixi, Certamen existit: cum re iam (inquis) definita per Synodum, debuiffem dicere. Exitit: quaſi iam nulla ſit quæſtio. Potuiffem re- ſpondere, quod ſyncerè, & forſan nimium ſecurè vſu ſum verbo præſentis, quod eſt diſputantium. Et præterea, quod cum protestan- tibus, qui nondum obediunt concilio, adhuc existit quæſtio. Sed vt videas, quemadmodū ijs, qui ignem gladio ſuffodiunt, nonnunquā ſcintilla exilit in faciem, iterum aio nunc tecum, qui catholicus es, certamen exiſtere. Quare tu es, dñe epifcope, qui ſcandalū omnium ſcādalū. iudicio dederis. Nam dicere, quōd in concilio diſputabatur, contrā quām eſt diffinitum, atqui id dicere decreti explicandi cauſa, nul- lum erat ſcandalum: ſed laus egregia S. Synodi, liberè permittentis vniuersis ſua proferre iudicia, ex quibus ueritas erueretur. Tu au- tem, qui vt tua retinecas placita, obuiam impressus exis catholicis, tu es qui ſcandalum, & offendiculum obiicis. Videamus enim titulu- quæſtio- nis, de qua aſſeris nihil inter nos differre. Verba mea ſunt hæc, Quæſtio ergo eſt, vtrū valeat homo citra ſpeciale reuelatio- nis priuilegium de cōmuni legē habere tantam certitudinem, ſe eſſe in gratia

Titulus
quæſtio-
nīs.

in gratia, quanta eſt fides catholicā. Et infrā. Sola ergo cōſtituitur quæſtio de certitudine fidei catholicæ, illiusue ſimili. Tu contendis, nunquā ſub tali titulo fuiffe agitatam quæſtionem inter catholicos. Ego verò nunquā interfui in cōgregatione theologorum, ſed aio meipſum te präſente in congregatiōne Synodi cū de hac re di- cerem, ſic quæſtione explicuiſſe. Et quando non fuifſet ſub hoc for- maliter titulo diſcuſſa, tamen ſenſu ipſe, quem tu etiam nunc per- ſiſtis defendere, ad hæc verba explicatus palam reducitur. Repetā ergo quod paulo ante dixeram: Voule istæ, tanta, & ſimilis, ſunt quæ à te finiſtrè intellectæ (Si mihi colendissime pater ignoscis) te fallunt. Ego enim iuxta duos quæſtioniſ ſenſus, duas poſui in quæſtione particulas: primam contra Lutheranos, An ſcīlicet fide ca- tholicā poſſimus eſſe certi noſtræ gratiæ: alterā pro catholicis: Nempe vtrū poſſimus tanta vel ſimili certitudine, vt eſt catholicā. Neq; verò intelligebam de quātitate aut ſimilitudine in extenſione, hoc eſt, quæ ad omnia per eccleſiam proposita pateret vniuerſitate cun- cītos obligandi: quod ſonat catholicā. In hoc enim bene video, nullū eſſe diſcrimen inter catholicos, id ipſum cunctis negātibus. Neque opus erat huius meminiſſe ſenſus. Sed vtrū ſimili certitudine, vel tanta in hoc effectu, qui ſimilimus eſt effectui fidei catholicæ, atque adeo tantus, quod eſt, tollere omnino, & expungere omne dubium, poſſit quis eſſe certus adeptæ gratiæ. Id quod ego tantū agnoſco, vbi eſt ſpeciale priuilegium: tu autem in omnibus iuriſ iure communi per tuas illas circumſtātias ex interno lumine. Quid ergo me de hac re gratis obtundis, mi pater? nunquid quod de hoc puncto ſteterit, diutifimè controuerſia negare tu potes, qui eandem ſuſtinere per- tendis? At non debuit, inquis, hæc appellari aqua ſimiliſue catholicæ. Tu non ita appelles, qui veram fidei rationē, ſi non ignoras, diſſi- mulas. Fides enim propriè, nulla eſt, niſi que modo exposito aqua- tricibus, tibi vnuquā vacaſſet ſcholasticè versari, nunquā hoc no- Fidespro- priè.

F. D. SOTO

bis exhibuisses negocium. Arist. 6. Ethi. ex eo non colocauit fidem inter virtutis habitus, quod nulla est humana, quae linea transcedat opinionis. Et ideo exprimi nequit vera ratio fidei, quia ipse ignorauit, tollentis omnem dubitationem, nisi per hoc quod sit catholicæ similis. Itaq; interfidem moralem, seu humanam, & catholicam, vel illi similem, nullum est mediū apud theologos, qui hoc nomine
 Ioan. Ba.
 cho. digni sint. Nihil vero unius Bachonis autoritati detractum volo, vñcunq; hic fuerit allucinatus. Concludit enim (quæ tibi probatissima est collectio) ex una propositione de fide, & altera, quæ non est de fide, conclusionem, tanquam de fide, hoc syllogismo: Quicunq; baptizatur, recipit gratiam: ego baptizo: ergo recipio gratiam. Haud considerans conclusionem sequi debiliorem partem. Quod in analyticis per se notissimum est axioma. Nam si propter quod unum quodq; est tale (vt ait philoso.) illud est magis, vbi vtrāq; præmissa necessaria est illationi, non potest conclusio certior fieri debiliori præmissarum. Quod autem lege communi nullus habeat fidem se esse baptizarum, firmorem, quam quæ est moralis, evidetissimum est. Seu de illis loquamur, qui infantes baptizati sunt, seu de adultis, quibus non certissime constat baptizantis intentio: quæ necessaria plane est, vbi non adeat in baptizato sufficiens contritio, & dispositio, quæ sufficeret sine sacramento. De qua tamen dispositione non potest haberi maior certitudo, quam conjecturabis. Et hec de questionis titulo. Persistis exinde contendere in corroborationem tuæ conclusionis, quod homo ex lumine fidei non solum potest credere ea quæ ab ecclesia determinata sunt, vt credantur, verum extendi eius lumen ad ea etiam quæ sunt in facti contingētia. Id quod quibus auribus fuerit exceptum in congregazione theologorum, disimulaui ego in tractatu meo: propterea, quod qui illud optimo zelo dixit: licet aliqui crediderint suggestione fuisse tuam. Satis autem existimo à me esse refutatum. Et quia nihil mihi respondes, nihil replico. Nisi quod præterquā quod Lutheranis vehemen-

ter fā

ter fāuet opinio tua, proprium fidei obiectum sunt penitus res sperandæ, vt ait Paulus scilicet ea quæ ecclesia proponit esse diuiniter reuelata. Vnde S. Thomas. & theologi, binam ponunt virtutem S. Thome diuinam necessariam generandæ in nobis fidei (nihil enim loquimur de modo, quo prophetis & apostolis fuit facta reuelatio). Hec autem duo sunt internus luminis motus, & item autoritas ecclesiæ proponentis, hæc esse reuelata. Nam alias, quam certitudinem haberent Christiani, hoc illud esse reuelatum à Deo? Loquor citrè speciale priuilegium. At vero mirabilis est eloquentia tua. Ais enim hoc tuum assertū nulla opus habere disputatione, aut responsione: quoniam id negare, est contra euidentissimas scripturas. Post hanc autem hyperbolem, nullam profers scripturā: sane, quæ omnes tur Falso cito
 Au-
 gusti.
 tibi reclamassent: Sed subdis testimonium Augustini & S. Thomæ, dicentium quod ipso lumine fidei potest homo certo noscere se habere fidem infusam. Quod scilicet non est propositum ab ecclesia. In primis falsissime citas autores. Illud enim, quod ais, infusam, tu illis imponis. August. nanque & Thomas solum dicunt, quod potest quis videre se credere, si credit: & non credere, si non credit. Vbi non de habitu sed de actu est sermo. Haud enim somniauit vñquam August. quod quis videat habitū, infusus ne scit, an acquisitus. Imo bene dicit Scotus, quod habitus infusi non vi- dentur. Sed hoc tantum affirmant, quod cum quis credit, videt se credere: sicut qui opinatur, videt se opinari, & qui est iratus, videt se iratum: & sic de alijs actibus, vel affectionibus anime. Hac veruntamen euidentiam minimè sentit progigni à lumine fidei, sed ex euidenti experientia. Nam quæ speramus (vt ait Paulus) & pari ratione, quæ credimus, non videmus. Est enim fides argumen- tum nō apparentiū, Vnde quod te precipitat ista dialectica ignoran- tia, quā tu publicè contēnendo confiteris per parū fuisse tibi cure. Responde queso. Vtrum ego videam Deum esse trinum? Nō certè, sed credo per fidem: nisi cum Paulo restricte dixeris, videre per

speculum, & in enigmate. At utrum video me credere, Deum esse trinum? Video profectò, atque id evidenter. Non tamen video, per quam fidem credam, sed fide teneo, quod per infusam. Hoc est, per diuinum motum. Ergo evidenter illa, de qua ait Augustinus, quod video me credere, si credo, non est à lumine fidei. Nam tantam habeo evidenter me sub aliquo dubio opinari, Pòtificem superstitem Rome, & Cæsarem Augustæ, quā me certò credere Deum esse trinum. Nota verba Augustini, Video me credere, si credo: & me non credere, si non credo. An Turcha, qui videt se non credere in Christum, hoc videat lumine fidei? Non certè: sed est evidenter illi naturalis, sicut est mihi, me credere. Quomodo ergo applicare hoc poteris ad tuam contingentem propositionem, quod fides ingeneret tibi assensum, te esse in gratia, tam firmum, ut omnem tollat dubitationem: sicuti si esset ab ecclesia propositum? Aliud præterea, rogo, attendas, Nempe quemadmodum iam hīc nobis suggeras, fidem catholicam, cuius obiectū proponit ecclesia, & cuius assensum ait Augustinus à nobis videri, eandem inquam fidem esse, quæ facit illum tuum certum assensum receptæ gratiae. Cur ergo ita me acriter improperas, quod tibi imposuerim, ubi dixi, tanta aut simili certitudine fidei, ut est catholicæ? Sed & illud potissimum, quis taceat? Citas sanctum Thomam, prima secunde, quæstione. 112. articu. 5. ad secundū dicentem, quod potest homo certò noscere se habere fidem: & tamen prudenter subtices suam explicationem, ne te lēdat. Subdit enim, quod propterea quod certitudo pertinet ad intellectū, qui habet fidem, certus est se habere fidem (puta se credere) quovis id habitu fiat. Non est autem (inquit) similis ratio de gratia, & charitate, & alijs huiusmodi, quæ perficiunt vim appetitivam. Vbi expressè negat, posse quempiam habere lege communi certitudinem gratiae & charitatis. Id quod longè explicatissimè edocet in enarratione Pauli. 2. Corinth. ultimo, videlicet, quod possimus certò scire Christum habitare in nobis per fidem informem, haud tamen possumus certò

certò scire Christum habitare in nobis per fidem informem, haud tamen possumus certò scire habitare in nobis per fidem formatam. sed hoc latius in libro nostro. Alia minutiora quæ huc congeris, cum tua insigni maledicentia, scilicet quod vos cum vituperio & scandalo diffamauerim, ad æquum lectorem, qui internos arbitretur, remitto, an forsan in suum refundantur authorem. Sed ad ea quatuor veniamus, de quibus aīs nos conuenire. Prima fateor concordiam, scilicet quod nemo potest habere suæ gratiæ certitudinem fidei catholice, id est, uniuersalis, Si modo intelligis, ut videris, in sensu Lutheranorum, dicentium, quod illa fide quæ omnibus est in præcepto, nempe qua credimus promissiones Dei, veras esse, cū iustificamur, tum etiam certi efficimur iustitiae nostræ. Nam in alio sensu, etiam tuo, plurimum dissentimus. Aīs enim ut paulo ante adnotabam, quod eadem fides non se solum extendit ad ea quæ propounduntur ab ecclesia (quæ reuera est catholicæ) sed ad ea quæ sunt in facti contingentia, puta ad gignendum assensum peculiaris gratiæ. Quod ego sanctissime reprobo. Conuentum & inter nos secundò fuerit, quod certitudo propriæ gratiæ non sit tanta ex parte obiecti, quanta fides catholicæ: quia huiusmodi obiectum non proponitur ab ecclesia, tanquam reuelatum. Sed hoc nullatenus ad rem pertinebat, In illo vero in quod aīs nos tertio conuenire, nimis quod ambo eodem modo intelligamus decretum, Puta quod ubi aīt, hominem non posse esse certū adeptæ gratiæ certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, solum intelligitur de fide catholicæ. In hoc inquam ex diametro distamus. Ipsissimum enim quod tu aīs, ego dengo. Quoniam si concederem, viderer mihi palam negare decretum. Enim uero (quod paulo superius adnotabam) cum. S. Synodus huic affirmationi, Quilibet suam infirmitatem respiciens de sua gratia formidare, & timere potest, hanc è regione negationem, ceu causam, subiicit, quoniam nullus scire valet certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum, absque

Vlla amphibologia, non solum de catholica fide, sed de quacunque manifestissime loquitur, quæ contraria est formidini & timori. Vnde cum tua fides omnem tollat dubietatem, apertissime illic cōdemnatur. Hæc autem iam superius explicatissima à nobis sunt. Quo circa neq; quarto, ut tu existimas cōuenimus, hominem scilicet certū esse posse suę gratiæ. Tu enim id sentis de certitudine tollente omnē dubietatem, ac si dñinus nobis esset certo propositum id esse reuelatum à Deo: ego verò, & credo catholici omnes auscultantes sanctum decretum, id abnegamus. Sed solum cōcedimus certitudinem morale modo à nobis suprà latissime exposito. Neq; tu aliud ex meis scriptis colligere valeres, si tuā istā atram bilim lecturus expueres. Hoc veruntamen ingenuus fateor, & me à te esse admonitum gratias habeo. In septimo enim nostro argumento, capite decimo, referendo hæc verba Buceri, Fides facit hominem certum se esse in gratia, quando habetur per motum spiritus sancti, subiunxi ego hanc concessionem, Ecquis hoc vñquam dubitare potuit? Vbi iam tu me denictum exultanter clamitas. Sanè qui perspicuis verbis tuā tibi sim opinionem elargitus. Fateor inquam ad cauendam huiusmodi argutiam, cautius dixisse, Ecquis vñquam dubitare potuit, verisimum esse, quicquid à spiritu sancto nobis fuerit suggestum? hæc enim fuerat mens mea: non autem quod vniuersim esset nobis certum certitudine quam tu cogitas. Attamen potuisse ex verbis proximè subiectis mentem meam deprehendere. Subnexa hæc enim à me sunt verba, Sed tamen quando ille motus sit à spiritu sancto, de hoc dicimus non posse haberi certitudinē fidei catholice. Vbi explicatisime significavi, quod licet ad veritatē assensus satis sit instillari ab spiritu sancto, tamē ad certitudinē, non sufficit: sed requiritur præterea nobis certo constare, idem reuelatum esse ab spiritu sancto. Itaq; volui dicere, Ecquis hoc vñquam dubitare potuit, scilicet, quod fides facit hominem certū, se esse in gratia, quādo fides habetur per motū spiritus sancti, nobisq; constat haberi ab spiritu sancto? Hoc nanq;

nanq; totū ambit nomine fidei. Quare cōfestim subdidi quod testimo nū spiritus sancti aliquādo nō est tam certū, quā fides catholica: nēpe quādo non est certū, antestimoniu sit spiritus sancti. Absit ut cūcta persequar, quæ in me coaceruas argumēra, & quas contradicitiones ex meis dictis exprimere pergis, affatim oleo tuo interlitas: ne naueam alijs faciam, quā ego passus sum, cū tuū prælegerē libel lum. Etenim quā primū tuā allucinationē percepi, nēpe quod meam intelligere mētem nolebas, vbi negabā posse hominē agnoscere suā gratiā tanta certitudinē, quāta est in fide catholica, aut simili, neq; quādo dicebā, posse haberi certitudinē humanā (hoc est ciuiliter loquendo) religio omnia, quæ ex hac allucinatione plurima deriuabas, veluti in grātu pharmaciū deuoraui. Quapropter cū illas radices denudaueris, sati arbitror ramosam tuā arborem succidisse. Atqui omnes illos sanctos Patres, Bernar. inquā, Chrysost. & reliquos, quorū me testimonij premere putas, eā intelligo certitudinē astruere iustis sue adeptas gratias, quā homines humano, & ciuili more certitudinē, & securitate vocamus. Alias enim sibi ipsi cōtradicerent. Quod absit, ut cogitemus. Aliunt enim in alijs locis, quæ in nostro tractatu retulimus, nō posse de hoc habertiā, ut tu existimas certitudinē. Nisi vbi loquuntur de speciali priuilegio. Præterquā, quod sepe in hoc sensu efferrū testimoniu diuinū, quod nō potest fallere, sicuti humanum. Quāvis enim mihi certissimo constaret ab homine emanasse testimonium cuiuscunq; rei, quantumcunq; ille eset veracissimus, non eadem certitudine mihi constaret, idem esse verum. Quando tamen mihi spiritus sanctus reuelat filium me esse Dei, si mihi constaret, testimonium esse diuinū, haud quaquā dubitarem, verum esse. Et hoc est, quod ait Chrysost. Vbi tu eum citas. His verbis, Quando spiritus testatur, quānam relinquitur nobis ambiguitas? Quod si homo quispiā, vel angelus, &c. aut alia creatura potest aliquid promitteret, merito quispiā dubitaret: de illa autem suprema essentia quis dubitare potest? Hæc ille. Nihilominus

iuxta hæc verba, vbi res nū potest cognosci nisi per reuelationem, nemini vñquam certius constabit, verum hoc esse, quam cum constiterit testimonium esse spiritus sancti. Nam precor te Reuer. pater, vis ne patrū testimonia in hoc accersere, vt hominibus persuades, quòd quicunque est in gratia, si diligenter explorauerit conscientiam suam, absque vlla prorsus dubitatione fiet certus suæ cum Deo amicitiae? Quos putas homines inuenire, qui tibi fidem, contrà quam in se ipsi experiuntur, præstare possint? Respondebunt enim multi nihil mihi conscius sum, sed nec in hoc iustificatus sum. Quod si non vis admittere hunc sensum Pauli, Profecto nihil secius, optimus etiam quisque respondebit. Non habeo verissimilem rationem, cur maneat in me peccatum: tamen quòd omnino ita sim certus, vt sine vlo prorsus metu nunc comparerem in conspectu Dei, quomodo mihi persuadebis, qui contrà experior? Mitto alios minoris perfectionis: atque alios item recenter conuersos. Vis negare experientiam ferme omnium de hac vita decedentium: quos vix possunt sapientissimi homines securos reddere, & absq; omni metu pacatos? Ad quid moror? iam enim suprà de hac te re ad plebem concionatum misi. Sed bone Deus quā nos vrges loco illo. 1. Ioan. 3. Chariſſimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus à Deo. Ac si fiducia esse non posset sine fide, tollente, modo tuo, omnem dubietatem. Vis ergo homines inchoantes, qui licet sint in charitate, non possunt tamen non titubare, vis vñquam absque fiducia esse? Peccant igitur omnes contra præceptum spei. At verò Christiani non ita sentiunt. Sed vbi nihil reprehenderit cor nostrum, illa fides, quæ modo à nobis exposito, sedat conscientias nostras, fiduciam in nobis sufficit generare, & nutritre. Sunt præspiritus, hæc nonnulla, ad quæ non possum non sigillatim respondere. In primis, quod crebro me vrges, cur illa fides, quæ communi lege ab spiritu sancto gignitur iustis, quòd sint in gratia, non sit diuina? Iam ego identidem respondi, quod si vis coarctare nomen, vt dicatur di-

tur diuina, ex parte causæ, nihil mea refert: tamē nō est simpliciter diuina sed in modo retinet nomē moris humani, ex eo quòd reuelatio nō fit simpliciter hoc more diuino: scilicet, vt omnino reueletur quod illud testimoniu sit diuinu. Quod requiritur, vt funditus tollatur omnis dubitatio: sed ad modū loquendi hominum facit nos certos. Quod autem vehementer miraris, quod vocauerim fidem priuileg. catholicam, illam, quæ peculiariter nonnullis sanctis ex priuilegio fit adeptæ gratiæ, non ex diuinis, sed ex tuis miraculis est. Ego enim nihil miror, quòd metorne legeris. Haud enim vñquam ego dixi, quòd esset catholica, sed tanta in certitudine. Cum enim quæfissem, an fide catholica, vltanta possumus esse certi, id quantum ad secundam partem concessi de illa, quæ fit ex priuilegio, siue sit adeptæ gratiæ, siue obtainendæ victoriæ, siue rei alijs cuiusque. Tu autem non distinguis inter diuinam, & catholicam. Has enim ex priuilegio, diuinis ego sentio (quod tu alio loco me calumniaris negare) & diuinis quidem, non tantum ex parte causæ. vt est illa tua de lege communi, sed simpliciter, quantum ad modū etiam tollendi dubietatem. Quia, scilicet, tunc certò reuelatur testimonium esse diuinum. Haud verūtamen illas censeo simpliciter catholicas, id est, vniuersales. Quinimo cap. 11. arg. 3. explicatissime dixi, rationem obiecti fidei catholice tantum extendi ad ea, quæ ab ecclesia omnibus proposita sunt ad credendum. Quales non sunt peculiares illæ. Atqui quando obiectum fidei catholice aio illa penitus comprehendere, quæ ab ecclesia sunt proposita, loquor nunc secundum rei veritatem, quando scripta est fides. Quid ergo usque ad ea, quæ reuelabantur prophetis ante quam scriberentur? Haud enim nego quandoque olim fuisse fidem citra scripturam, sed iam tamen præscripta nobis est. Colligis paulò inferius (de quo non dubitas) in hoc fallacia, pendere fallaciam meam, quòd cum audio ex Paulo testificari spiritum sanctum spiritui nostro, existimo hoc testimonium pendere ab operibus nostris. Haud equidem in hoc fallor optime pater. Sed

aio, quod spiritus sanctus testificatur hoc nobis, non ea certitudine,
 que tollat dubietatem: sanc qui non nobis certo reuelat, testimonium
 illud esse suum: sicut facit alijs ex priuilegio, sed hoc reuelat suggestio
 do nobis bonum propositum recte agendi, et mentis dulcedinem,
 atque alia id genus, ex quibus coniugere possumus ipsum habitare
 in nobis. Non tamen usq; adeo certo ut tu existimas. Prodis deinde
 Fides certior quam scientia. in considerationem meam: qui certitudinē fidei, maiorem facio cer-
 titudine scientiae: non distinguens cū S. Thoma, quod fides sit cer-
 tior in se, scientia vero, quo ad nos. Legisses linea proximam S. Tho-
 ma, ubi docet, quod nihilominus simpliciter, et absolute loquendo,
 fides certior est sciētia. Adde, quod firmitas fidei (que nomine cer-
 titudinis nonnunquam designatur) maior est, esseq; debet etiam in
 nobis, quam sciētiae. Potius namq; abnegare deberem id cuius mihi
 videretur esse scientia, quam quod docet fides. Reputassent enim phi-
 losophi evidentē hanc illationē, absq; illa distinctione. Hec essen-
 tia diuina est pater, et eadem est filius, ergo filius est pater. Quam
 nos tamen fide negamus. Parim ratione subsannas, quod hāc pro-
 positionē, tanquam dignitatem, assumpserim. Ad ea que naturalia
 Naturale bifarium. sunt, nemo obligatur, opponēs mihi praecepta decalogi, quibus, licet
 sint à iure naturali derivata, nihilominus obligamur. Porro, ego ni-
 hil miror, quod non tibi tam facile succurrerit distinctio illa, que
 philosophi est promptissima. Naturale enim uno modo id dicitur,
 ad quod habemus naturale inclinationē: alio vero modo ut distin-
 guitur contra liberū: utpote, quod non est in nostra potestate. Et
 quod de hoc secundo modo esset illic sermo, luce clarius erat. Hec au-
 tem minoris sunt momenti. De illo vero in calce demū cū omnibus
 qui nos legerint, de te conqueror honorande pater, quam me gratis
 in sinistrum sensum traduxeris, quod scilicet contrascripturas et
 sanctos Patres comparauerim Martyrem hereticum: martyri vero
 quantum ad plenitudinem cordis, et affectus... charitatis, Ac si
 ego adeo fuerim mīcie alienatus, ut pseudo martyri vera tribuerim
 char

charitatē, que est in legitimo. Nūquid hac de causa distinxī de cer-
 titudine gratiae ex parte obiecti, et ex parte subiecti? Quod ergo
 nō, diximus, illud est penitus, quod manifestissimo, et irrefragabi-
 li experimēto vniuersi norūt, qui hereticos cōburi oculis cōspexe-
 rūt. Vidimus enim plurimos multò maiori alacritate festinare ad
 rogū, quam aliquis forte christianus in charitate iret dānatus à Tur-
 cis. An negare poteris, quin ille tā certus apud se sit, tamq; securus
 (licet nō tutus) se mori in gratia Dei, quam est quispiā forte ex chris-
 tianis existētibus in charitate? Alias quomodo exuris viuetē, et
 bulieti oleo summergi tā exultabūdus gauderet? Illā ego voco certi-
 tudinē ex parte subiecti. Quid ergo aīs me loqui cōtra scripturas, et
 cōtra Patres, qui solas historias rerū gestarū refiero? Aut quid tan-
 quam per se notū supponis, quod nemo certus potest dici cuiusq; rei,
 que falsa sit, nisi secundū scholasticos, qui in erudite multa cōmini-
 scunt? Ita enim tibi cōsultū puta: si scholasticos derideas. Nūquid
 et vulgo, et apud omnes sapientes, non certus ille dicitur, qui secu-
 rus est, et absq; illa dubitatione aliquid credit? Illi heretici iure
 iurādo tibi affirmabūt, adeo se esse certos de suis erroribus, ut sunt
 certi de fide catholica. Et quicquid de nomine sit, illa experientia fa-
 tis nobis est ad conuincendum, nullam esse conjecturam, que suffi-
 ciat abstergere omnē dubitationē, quod sumus in gratia: quādoq; qui-
 dē illa, que maxima est puta, quod animā quis ponat suā, nō est irre-
 fragabile testimonium charitatis. Porro autē, quod me negligētiae in-
 simulas, nō esse in calce libri nostri bona fide impressum quintū de-
 cretū, nulla mea culpa fuit. Arripuit enim chalcographus, quod po-
 tuit exēplar, et me inscio correctū est. Id quod ego cū hic Tridēti
 forsan vidi, statim reficiēdū, reformandūq; curavi. Potissimum, quod
 in primo canone mēdose impressū erat, Creatus in gra. pro cōstitu-
 tus in gratia. Ceterū aīs me profiteri, quod rē vniuersā teneo, et do-
 cere simul possū hereticos, et catholicos. Quāre vera in soleūia mē
 nescio unde collegaris, nisi quod scripsi cōtra hereticos, et deflexi

F. D. SOTO

nonnunquam à nonnullis opinionibus catholicorum. Hac tamen ratione quoscunque possis scriptores de eodem crimine deferre: & ordine seruato euangelico, festucam de oculo fratris ejcere. Quod autem ubiq; in me acerbis obloqueris, hoc excusas, quod acerbiora ego iactauerim in catholicos, id profecto tanto minus ferre possum quanto maius malum est culpa, quam poena. Possum inquam, debeo saltem, iniuriam à quocunque pati: quod verò ego in libro meo cuiquam fecerim, nondum hactenus noui. Sanè qui neque in protestantes quicquam amarulentiae aut acerbitatis euomui. Tantum abest, ut catholicorum aliquem vel minimo verbo læserim. Nisi hoc acerbitatem censes, quod quando non poteram in suas sententias descendere, meam pro meo ingenio satagebam confirmare: propalando quoque suarum peccatum. Nec verò modo, qualibuscunque in me verbis fueris inuectus amplius irritasti, quam ut profide tibi catholica, proque expositione decreti, & (quod tu ait) gloria Synodi, responderem. Ceterum tui me semper habebis in Christo obsequientissimum, atque ideo ad iussa tua paratiorem, quam litigandi tecum cupidum: quodd mihi per te utinam sit semper liberum. Vale.

Excudebatur Salmanticæ, apud Andream
à Portonarijs. Anno quarto & quinquagesimo
supra Mille & Quingentos. Pridie
Nonas Septembri.

